Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



32

Nam et si ambulauero in medio umbre mortis
non timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos
qui tribulant me.
Inpinguasti in oleo caput meum et calix
meus inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequet me omnibus diebus uite mee.
Et ut inhabitem in domo dni in longitudine dierum.

PSALMUS DAUID PRIMA SABBATI

UOX ECCLE POST BAPT.

TERRA EST TERRA ET PLENITU
do eius orbis terrarum et uniuersi
qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum et super flumina
preparauit eum.
Quis ascendet in montem dni aut quis stabit in
loco sancto eius innocens manibus et mundo corde qui non